Edit

du Roy Charles Le Bel

Portant que le Change de Paris
Et de sa Banlieüe ne poura Estre
fait ailleurs que sur le grand Pont.

Du mois d'Aoust 1325.

Carolus Dei gratia franciæ et Navarræ Rex, Notum facimus universis tam praesentibus quam futuris quod Nos ad justas Inclitae recordationis Carissimi Domini Genitoris nostri ad Ea quae pro bono communi utilium Expedire videntur, aciem considerationis nostræ dirigere Et propter hoc Eorum quæ facto Cambii parisiensis ingruum Statum et usum in melius ordinare, studentes duximus ordinandum./

1. Quod Cambium pariziue Erit et tenebitur supra nostrum magnum pontem solum modo a parte gariae Inter Ecclesiam Sancti Leufredy et majorem archam, sine defectum ipsius pontis prout hactenus ante corruptionem pontis ejusdem quondam lapidei Extitit conventum.

2. Item Quod nulli omnino Liceat alibi quam in Loco illo cambiare, seu Cambium tenere Parisius aut Infra Banleucam, Et quod si contra hujus modi ordinationem nostram secus fieri contingat et in posterum reperiri pecunia, seu res illa quae alibi quam in Loco per Nos ad hoc Ordinato Cambiata fuerit vel ad Cambiandum fuerit ordinata nobis cedet penitus in Commissum ./.

3. Item Quod si per aliquem habentem sedem, seu Locum in Cambio

prædicto commissum hujus modi nobis delatum fuerit, volumus et ne frustra se in hoc laborasse doleat, Concedimus quod cum pecunia seu res illa per gentes nostras, fuerit tanquam commissa judicata nobis que applicata quatuor partibus illius nobis pro jure nostro retentis, Ipse habeat quintam partem residuam sibi pro salario et labore suo per Gentes Easdem de speciali gratia. Liberandam quod ut firmum permaneat in futurum, salvo in omnib' jure nostro et quolibet alieno præsentibus Litteris nostrum fecimus apponi sigillum. Actum apud Lacum nigrum anno Domini 1325. mense augusti./.